III/7255

1710 r.

Actum in Villa Skrzyszew ob grassantem circumcirca villam Regalem Wolka pestem Idque vigore Laudi Conventus particularis Terrae Drohiciensis Feria Secunda In crastino Festi Exaltationis Sanctae Crucis Anno Domini Millesimo Septingentesimo Decimo.

Coram Officio Capitaneali Actisque praesentibus Castren Drohicien personaliter Comparens Ministerialis Generalis Regni Providus Joannes Kaliszek Authenticus et Juratus publice recognovit Quia ipse Citationes Infrascriptae pro Judiciis Tribunalibus Regni Lublinen Servien et pertinen in tenore tali. Augustus Secundus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithaniae Russiae Prussiae Mazoviae Samogitiae Livoniae Kijoviae Volhiniae Podoliae Podlachiae Smolensciae Severiae Czerniechoviaeque necnon haereditarius Dux Saxoniae Princeps et Elector. Vobis Magnificis Barbarae

Vobis

de Jeczyn Ossolinska Magnifici Jacobi Ossolinski Vexilliferi Mielnicen Filiae primi olim Magnifici Thomae Lecierski Dapiferi Terrae Drohicien Secundi ad praesens vero Magnifici Oborski Pincernae Liven Consorti Tum Jacobo Ossolinski Vexillifero Stephano Gladifero et Erasmo Mielnicen Ossolinskim Filiis eiusdem de personis Bonisque vestris gr[ali]ter omnibus mandamus ut Coram nobis seu Judicio nostro Ordinario Gr[ali]ter Tribunali Regni Lublinen tunc dum et quando causa inter Infrascriptum Actorem et vos citatos Instituta in Registris dependens

ad Instantiam

incidenit personaliter et peremptorie compareatis ad instantiam Instigatoris Judicii ejusdem eiusque Delatoris Magnifici Balthasari Lecierski Dapiferi Terrae Drohicien Actoris Qui vos et quidem te Magnifica Ossolinska ad praesens Oborska post mutatam statum Vidualem in matrimonialem ad paratam causam tibi ad hocce Judicium Tribunalitium Institutam paratosque quosvis Juris gradus in assistentia eiusdem Magnifici Mariti tui citat seu potius adcitat idque pro eo Quia vos et quidem Tu Magnifica Oborska primo Lecierska noverca minime consi:

Quia

derando

declarando quod leges divinæ et humanæ neminem lædere et In-
iuriari præscripserant imo sua quemq fortuna contentari
velint attamen tu Magnifica Kiecierska in contrarium pro
cedendo non solum post inituam cum olim Magnifico Paren
te Actoris Matrimony copulam tota disponebas fortuna
et iuxta tuum velle in discrimen fortunæ Successorum
eadem utebaris et enim gaudendo Iure Advitalitio per supra
scriptum olim parentem Actoris in fundamento et specula
uandæ dotis per præfatum Magnificum Jacobum Osso
linski Parentem tuum declarare qui eiusdem inscriptio
post subsecutum vero matrimonium pereundem vero
Parentem Actoris ob non præstitam eiusdem satisfactio:
nem Dotis publica protestatione Coram Actis Chelmen
sibus reclamato ac eodem seorsiva reclamatione per
Magnificum olim Stanislaum Godlewski Capitaneum
Nurens Coram Actis Metrices Regni intuitionem pri
mitivi Iuris Successorum olim Gnosæ Hedvigis Godlewska
Sororis suæ Germanæ facta annihilato, quod Ius ipsius
de iure et Iustitia obstantibus præmissis et ex ingra
titudine erga maritum et Parentem Actoris perti
psam præbita alijsq circumstantijs quæ ad præsens
non exprimuntur sed facilius probari possunt sub
sistere nequit. Nam ab initio procedentia vita cum olim
Parente Actoris in suo gubernio substantias mobiles
et immobiles habendo summasq quasvis de omni-
bus in genere proventibus in manus tuas et dispo
sitionem accipiendo tuoq commodo et utilitati stu
dendo ut se successores orbatos fortuna reddas ad one
ra vana contrahenda quæ in emolumentum tui et
tuorum Colligatorum convertisti superinduxisti Ma
rito iam in lecto lethali decumbente non tam salu
ti et debilitati ejus operam dando ad devectionem
et depopulationem Bonorum te conferendo de Bonis
Kiekanow et Holubla res omnes mobiles et sese mo
ventes in auro Argento Klenodijs pecunijs parabis
ad aliquod Millia tum vestibus vestimentis equis
equireis pecoribus pecudibus et alijs rebus dome

Aticis

Aticis Iumentis, ita ut nullum genus præsertim in bonis
Kiekanow relictum fuit, nec non frumenta varij grani
et seminis tum deposita ac munimenta dispositiones
quæ vel maxime in eadem causa sunt necessaria et
ad defensionem Bonorum et tuitionem totius fortunæ
eiusdem Actoris spectant intercepisti et ad bona Chotycze
seu alia Magnifici Parentis et fratrum tuorum evexisti
aliasq Injurias in originali relatione expressas intulisti
Vos vero Magnifici Ossolinscy suprascriptas res mobi-
les ad bona vestra Chotycze et Hunie devectas ad requi
sitionem amicabilem eiusdem Actoris reddere et ex
tradere non vultis citamini ad videndum et audien

Conclusio

dum attendandumq videlicet Scriptum super Advi
talitatem et inscriptionem super summam Sexa
ginta Millium florenorum Polonicalium uti ex nullo
dato et accepto subsecutam tolli cassari et annihilari
Actorem modernum in bona expulsa reinduci, prove
ntus et damna causata, resq mobiles et sese moventes
restitui. Tequoq Magnifice Ossolinski Parens ad demon
strationem non persolutionis Dotis ejdem Magnificæ
Oborska Filiæ tuæ comparere stringi et compelli ce
teraq pro causæ huius exientia super vobis decerni
et sententiari. Sitis igitur parituri et ad præmis
sa Iudicaliter responsuri Datum Lublini Feria Qui
nta pos festum Nativitatis Gloriosissimæ Virgi
nis Mariæ Anno præsenti Millesimo Septinge
ntesimo Decimo, copias sigillatas tres unius eiu
demq essentiæ et quidem primam contra Ma
gnificam Oborska Pincernissam Liuens in bonis
Holubla alteram contra Magnificos Jacobum
Vexiliferum et Erasmum Pincernam Mielnicens
Ossolinskie in bonis Worniki tertiam contra
Magnificum Stephanum Ossolinski Gladiferum
Mielnicens in bonis Hunie curis citatorum ibi
dem sitis Sabbatho pridie festi Exaltationis

Sanctæ

Sanctae Crucis exportauit posuit et depositione Famulijs curialibus ibidem praeuentis ut est Iuris publicauit de quo praesens relatio.

Ex Actis Castren Drohicien Recognitio

Joannes Wladislaus in Wett Kunath Wyrzebski ... Capitan ... C. Drohicien ...

Correxit Krasnodebski

...Chrodowski ...

Ex Parte Magci Liceri Dni Dapiferi Terrae Drohiciens. Cellatio

...

F. 2. in Crastino exaltation S. Crucis in Villa Skrzyn...

Post mutatum Statum

Cu 33

~~Lo. 34~~